1132 – 798. Nos Universitas Praelatorum, Baronum Magnatum et Nobilium Comitatus Bereghien. damus etc. etc. Eotum Nobilis et Egregius Samuel Nemes pro nunc Scholae Helveticae Confessioni addictorum Bereghszáziensis Rector exhibuit Nobis certas Literas Testimoniales ex Generali Congregatione I. Cottus Zabolcsiensis die 1a Dec. 794 N. Kállóviae Gabrieli, cum filio aeque Gabriele Nicolao cum filiis Gabriele Nicolao et Josepho, nec non alteri Gabrieli cum filiis Josepho Mojse Sigismundo Gabriele Stephano et Samuele moderno Supplicante Testimonialium Exhibitore omnibus Nemes, super vera indubiaque praerecensitorum Familiae Nemes Hominum Nobilitate, extradatas, petiitque debita cum Instantia humillime, qvatenus easdem publicare acceptareqve, ac super Publicatione hac authenticas Testimoniales Vostras extradare vellemus dignaremurqve, Justo proinde Supplicantis Egregii Samuelis Nemes petito annuentes exhibitas Nobis Testimoniales publicari fecimus in haec verba: Nos Universitas A. Qvibus praevio modo publicatis, ac Fisco qvoqve Magistratuali nihil in contrarium obvertere qveuntes acceptatis, qvemadmodum Supplicantem Egregium Samuelem Nemes per eumqve Fratres ejusdem Josephum Mojsem Sigismundum Gabrielem et Stephanum a comuni Genitore Gabriele progenitos Congenerationales item Gabrielem cum Filio aeque Gabriele et Nicolaum cum Filiis Gabriele Nico-

lao et Josepho praeinsertis Testimonialibus nominetenus inductos omnes omnino Nemes in numerum verorum indubiorumque Comitatus Nostri Nobilium adnumeramus, cooptamus et aggregamus, ita praeexhibitas authenticas omnique prorsus Chrysi carentes I Cottůs Zabolcsiensis Testimoniales hisce in Transumpto aliarum Litterarum Nostrarum absque omni diminutione, auctione vel mutatione praesentibus inseri facientes, desuper solitas Nostras futura Jurium Supplicantis pro Cautela deservituras, authenticique Judicialis Sigilli Nostri munimine roboratas extradandas esse duximus Litteras Testimoniales comuni Svadente Justitia et aequitate. Ex Generali Congregatione Nostra die 22a Aug. 798 in Oppo Bereghszász celebr. Extrd. per Jurnotar. Nicolaum Kutni m. p.

Hogy ez a másfél oldalra terjedő másolat a Beregvármegye levéltárában jelenleg Nobilitaria 1678 szám alatt őrzött iratok között elfekvő fogalmazvány szövegével számjegy és betű szerint megegyezik igazolom. Kelt Beregszászban, Ezerkilencszáztizenegyedik évi május hó második napján.

Újhelyi [signature]
vm. levéltárnok